Item, directum dominium quod ipse nobilis confitens habet super una pecia terre olim vinee sita in territorio de Yens loco dicto en Monfuron continent dimidi posam terre quam tenet ab eodem nobili confitente Hugonus Vidoz et Mermeta eius soror sub certo censu, et quam alias tenebant Johannodus et Anthonius dicti Robim de Yens, et que per prius fuit de bonis Mermeti Ardillion et Mermete eius uxoris juxta terram Petri filii quondam Aymonet dou Fort a parte boree, vineam Petri Eyssellet a parte venti, terram olim vineam Andree Allours ab oriente, et terram Nycolay Jocterand a juria.

68v Item, duodecim denarios monete eidem nobili confitenti annualiter debitos per communitatem ville de Yens pro una pecia prati seu mareschi sita in territorio de Yens loco dicto ouz Bont Eschuchet juxta pratum seu loz Bont dicti communitatis a parte venti, pratum et terram dictorum Mutignyez ab occidente, et quoddam iter a borea.

Item, alias duodecim denarios per eandem communitatem eidem nobili confitenti debitos pro uno alio morsello prati sito loco dicto eys Bont juxta pratum prelimitatum a partibus boree et occidentis.

Item, Hugonym et Anthonium filios Johanneti Vouchy alias Fabri et etiam filios Johannete filie quondam Johannodi Golliex homines franches et liberes prefati nobilis confitentis unacum tercia parte unius quarteroni boni oley, tribus gerbis frumenti pro gerbaria eidem nobili confitenti per eosdem Hugonym et Anthonium Vouchi alias Fabri debitos pro rebus inferius declaratis et pro certis aliis rebus a Metuendissimo (!) Domino Nostro Sabaudie Duce de retrofeudo moventibus,

69 Et primo, pro quadam domo cum curtina ante et ochia retro dictam domum et dicte domum contiguis sitis in villa de Yens juxta domum dicti nobilis confitentis que fuit Johannete uxoris Johannis de Alingio a parte boree, ortum Anthonii Cuymssins a parte occidentis, grangieam dictorum Hugonyni et Anthonii Vouchi alias Fabri a vento, et carreriam publicam a lacu.

Item, pro duabus fosseratis vinee sitis loco dicto eys Plantal juxta vineam Johannis Tissot de Grancier que fuit Petri Golliex a parte boree, vineam heredum Nobilis Stephani Grasset a parte venti, vineam heredum Nobilis Stephani Grasset a parte venti, vineam Henrici de Recordio a lacu, et vineam Nycolay Jocterand seu Nobilis Guilliermi de Arnex a juria.

Item, pro dimidia bona posa vinee sita loco dicto en Foeresier ? juxta vineam Johannis Tissot de Grancier que fuit Petri Golliex a parte venti, vineam Andree et Aymonis Allours a parte boree, carreriam publicam ab oriente, et vineam Nobilis Guilliermi de Arnex quam colit Nycolaus Jocterand ab occidente.

Item, pro una parva peciola vinee sita loco dicto en Ferrajoz juxta vineam Martini Breton que fuit Ansellmi de Yens a parte boree, vineam Mermeti Exchallier que fuit Hugonyni Grasset a parte venti, vineam Guilliermi Challet a juria, et terram ecclesie de Yens a lacu.

Item, duodecim denarios eidem nobili confitenti annualiter debitos per dictos Hugonynum et Anthonium Vouchi alias Fabri pro quadam pecia vinee sita loco dicto en Geffest quam alias tenebat ab eodem nobili confitente sub dicto censu Johannes Regis de Yens juxta vineam Ansellmi Bisex a parte boree, vineam Andree et Aymonis Allours a parte venti, vineam Nycodi Soudanx et Jacobi Mayor de Ballens ab oriente, et vineam dictorum Hugonyni et Anthonii Vouchi alias Fabri censeriorum ab occidente.

69v Item, pro quadam pecia vinee sita ibidem que dudum solebat debitos dicto quondam Johannodo Golliex septem denarios juxta vineam heredum Hugonyni Folliet a parte occidentis, et vineam heredum petri Golliex a parte venti, inclusa cum precedenti pecia ut asseritur.

Item, pro dimidia posa tam terre quam prati sita loco dicto en Bocassiez ? juxta terram dictorum Hugonyni et Anthonii Vouchi fratrum a parte boree, pratum Johannis Geneveys quod fuit Girardi Mutignier a part venti, pratum Jacobi Bracoz et plurium aliorum a lacu, et carreriam publicam a juria.

Item, pro una posa terre sita loco dicto en Ronges juxta terram Nobilis Jacobi Frillim que fuit Nycodi de Cimisterio a partibus occidentis et boree, et terram dictorum Vouchi alias Fabri a vento et oriente.

Item, pro quarto unius falcate prati in terram converse sitis loco dicto en Octoz juxta terram heredum Nobilis Stephani Grasset a parte occidentis, pratum Jacobi Bracoz a parte orientis, terram Andree Allours a vento, et terram dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum a borea.

70 Item, pro dimidia falcata prati sita loco dicto en Pissiouz juxta pratum Altaudi (=Artaudi) Fontannaz et eius uxoris quod fuit Petri Challier a parte venti, pratum ecclesie de Yens a parte boree, pratum Martini Breton ab oriente, et vineam Jaquemyni Ardillion ab occidente.

Item magis, dimidium rasum avene, unum denarium, et unum panem pro panateria eidem nobili confitenti annualiter debitibus per dictos Hugoninum et Anthonium Vouchi alias Fabri pro rebus sequentibus,

Primo, pro uno fossore vinee sito loco dicto en Jusseret juxta vineam dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum que fuit Johannis Regis a parte orientis, vineam Nycodi de Villanova

alias Robim a parte occidentis seu vento, pratum ecclesie de Yens a borea, et vineam dicte ecclesie de Yens a juria.

Item, pro quarto unius falcate prati sito ibidem juxta pratum Peronete filie quondam Johannodi du Boyron a parte venti, pratum dictorum Vouchi alias Fabri quod fuit Johannis Regis a partibus boree et occidentis.

Item, pro modico prati sito en loco predicto juxta ortum olim pratum Jacobi Bracoz quod fuit Petri Golliex a parte orientis, pratum dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum quod fuit Johannis Regis a parte occidentis, pratum Nyctodi Morand a borea.

Item, pro una posa terre sita loco dicto en Rongex juxta terram Johannis Tissot de Grancier que fuit Petri Golliex a parte occidentis, vineam cappelle Sancti Georgii a partibus venti, orientis, et occidentis.

Item, pro dimidia fosserata ? ochie sita en villa de Yens loco dicto retro domum dictorum Vouchi alias Fabri que fuit dictorum Folliet juxta ochiam Hugonyni Reys alias Mandargent a parte orientis, senderium a parte boree, ochiam dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum a vento, et quendam senderium a juria seu occidente.

Item, pro quarto unius pose terre site loco dicto en Lenthoz alias en Deresses juxta terram heredum Nobilis Stephani Grasset a parte venti, terram Johannis Tissot de Grancier que fuit Petri Golliex a parte boree, iter publicum a lacu, et pratum dicti Johannis Tissot a juria.

Item, pro dimidia posa terre sita loco dicto en Orgemont juxta terram dicti Johannis Tissot de Grancier que fuit Petri Golliex a parte venti, terram Michaelis Borgeys que fuit Johannis Mossu a parte boree, terram Nycolay Jocterand a lacu, et terram dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum a juria.

Item, pro dimidia falcate prati sita loco dicto en Biolleys juxta pratum Claudii Vigneroux quod fuit Johannis Fusiez a parte venti, pratum Claudii Vigneroux a parte occidentis, pratum Jaquemyni Ardillion et plurimum aliorum a borea, et pratum Hugonyni Bergier a lacu.

71 Item, pro quodam casali domus sito in villa de Yens juxta casale olim domum dictorum Vouchi alias Fabri que fuit Johannis Regis a parte venti, carreriam publicam a parte boree, curtile et ochiam dictorum Vouchi alias Fabri a lacu, et curtile Nyctodi de Villanova a juria.

Item, pro una posa terre sita loco dicto ouz Boyron juxta terram heredum Perrodi Eyssellet a parte boree, et terram heredum Roleti Allours a parte venti.

Item, pro una posa terre sita loco dicto en Prays alias ouz Pertuys juxta terram Jaquemyni Ardillion que fuit Petri Rogier a parte boree, terram dictorum Eyssellet a parte venti.

Item, directum dominium quod ipse nobilis confitens habet super rebus sequentibus quas ab eodem nobilie confitente tenent dicti Hugonyrus et Anthonius Vouchy,

Primo, pro tercio unius falcate prati sitis loco dicto en Clarectans juxta pratum Artaudi Fontannaz et eius uxoris a parte venti, pratum Jacobi Bracoz quod fuit Petri Golliex a borea, pratum Mermeti Exchallier a lacu, et pratum Claudii Vigneroux et Andree Allours a juria.

Item, pro una posa nemoris sita loco dicto en Ruppectaz juxta terram Nobilis Georgii de Yens ab occidente, terram dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum que fuit Johannis Reis a borea, nemus et terram dictorum Vouchi censeriorum a lacu, et terram heredum Nobilis Stephani Grasset a vento.

Item, pro una falcata prati de tribus posis tam terre quam prati sitam loco dicto en Combaz Vignyez juxta terram Michaelis Chouviez de laz Fiougiriz que fuit Petri Pictivallet a parte occidentis, terram dictorum Vouchi alias Fabri censeriorum que fuit Johannis Regis a parte orientis, aquam douz Boyron a borea, et terram dictorum Vouchi censeriorum a vento.

71v Item, pro una posa nemoris sive rape sita loco dicto eys Rippectaz juxta terram heredum Johannis Regis a borea et occidente.

Item, pro dimidia posa vinee sita loco dicto en Combez juxta vineam dictorum Vouchi censeriorum a parte venti, vineam dicti Michaelis Chouviez de laz Fiougiriz ab oriente, plures contours a juria et borea.

Item, pro dimidia bona posa vinee sita loco dicto en Combaz juxta vineam dictorum censeriorum a parte boree, vineam Johannis Chambars que fuit Petri Pictivallet a parte venti, vineam Michaelis Chouviez ab oriente, et planchias vinearum cappelle Sancti Georgii ab occidente.

Item, pro quodam casali sito in villa de Yens juxta curtinam Stephani Geneveys a parte boree, domu[m] dicti Stephani Geneveys ab occidente, domum Nycodi de Villanova a vento, et carreriam publicam ab oriente.

Item magis, directum dominium quod ipse nobilis confitens habet super dimidia falcata prati sita loco dicto en Pralz Communaux juxta pratum Domini Ruppisfortis a borea et occidente, pratum Jaquemyni Ardillion a vento et oriente, quam dimidiad falcata prati tenet dictus Jaquemynus Ardillion.

Item, sex denarios eidem nobilis confitenti annualiter debitos pro rebus sequentibus quas tenent persone subscripte,

Primo, pro una posa terre sita loco dicto en laz Tyolliriz quam tenent supranominati Hugoninus et Anthonius Vouchi alias Fabri juxta pratum seu terram quod fuit Anthonii de Yens ab occidente, terram heredum Nobilis Stephani Grasset que fuit Mermerii Pouz ab oriente, terram heredum Nobilis Stephani Grasset a vento, et terram Martini Breton de Villard a borea.

72 Item, pro uno morsello vinee sito loco dicto sus villa juxta vineam ecclesie de Yens a borea, vineam heredum Johanneti Tendy a parte lacus.

Item, pro uno alio morsello vinee sito ibidem prope juxta vineam ecclesie de Yens circoncirca.

Item, directum dominium quod idem nobilis confitens habet super rebus sequentibus quas alias tenebat Petri Goudars de Yens,

Primo, super una chintria prati sita loco dicto en Clarectans juxta pratum heredum Johannodi Golliex a parte boree, pratum dictorum Mutignier a parte venti.

Item, super una falcata prati sita loco dicto en Clarectanz juxta pratum quod fuit dictorum Goudars a parte boree, pratum heredum Roleti Allours a parte venti.

Item, super dimidia posa terre sita loco dicto en Biolley juxta pratum heredum Ysabelle douz Flon a parte occidentis, terram heredum Jacobi Briccoz a parte orientis.

Item, super dimidia posa terre sita ibidem juxta terram que fuit dicti Goudars a parte orientis, terram heredum Anthonii de Yens a parte occidentis.

72v Item, unum quarteronum bone avene eidem nobili confitenti annualiter debitum per heredes Francesie filie quondam Petri Rogier de Yens pro quadam pecia terre sita in territorio de Yens loco dicto en Belchampt juxta terram heredum Anthonie uxoris Perreti Vaulion a vento, et terram heredum Hugonyi Grasset a lacu.

Item, unum bichetum frumenti eidem nobili confitenti annualiter debitum per heredes Anthonii Rivet de Yens pro dimidia posa terre sita loco dicto en Grossa Pierraz juxta terram heredum Nobilis Hugonyi Grasset a juria, terram heredum Mermerii Ballif a parte lacus.

Item, medietatem pro indiviso cum dicto Nobili Jacobo de Collumberio eius fratre pro alia medietate unius magne pecie nemoris vocate Peciam Beney site in finagio de Yens juxta bougeriam Morgie a borea, iter publicum a vento, et juxta suos alios confines.

Item, dominium quod habet in communibus de Yens.

Item, dominum indivisum cum Nobili et potente Jacobo de Collumberio Dominio de Vufflens eius fratre quod habent in bourgeriis Morgie.

Item, dominium indivisum cum prefato Nobili Jacobo eius fratre quod habent in bougeriis de Vufflens indivisum etiam cum Domino Vallis Yserie.

Item, medietatem nemoris dou Seppey indivisam cum prefato Nobili Jacobo de Collumberio fratre dicti nobilis confitentis juxta nemus prefati Domini Comitis Gruerie a lacu, planchias de Ballens a juria.

73 Item magis, tenere confitetur dictus dominus confitens a prefato domino comite et suis predictis medietatem viginti duarum cuparum bone avene mensure Albone eidem domino

confitenti annuatim in quolibet festo Beati Michaelis per Jacobum Terraule de Ballens debitum super rebus sequentibus,

Et primo, super quadam domo cum quadam curtina sita apud Ballens juxta domum Johannis de Frigidavilla a vento, ochiam dicti Jacobi Terraule a borea, et terram Johannis de Frigidavilla que fuit Girardi Barberii a lacu.

Item, super una dimidia posa terre juxta domum dicti Jacobi Terraule a vento, et terram Johannis de Frigidavilla que fuit Girardi Barberii a lacu et juria.

Item, super una posa terre sita loco dicto en Franey juxta terram Anthonii Mayenciz a vento, pratum olim terram Michaelis Lambert a borea, terram dicti Michaelis Lambert a lacu, quam posam terre tenet dictus Michael Lambert.

Item, super duabus partibus unius pecie prati sitis loco dicto en Lussivraz juxta iter publicum a vento, et mareschum a juria.

Item, super uno morsello ochie sito loco dicto in Via Berie juxta terram Johannis de Frigidavilla a juria, iter publicum a lacu, terram Claudii de Frigidavilla a vento et borea, quem morsellum ochie tenet Johannes Aymonaz.

Item, super una posa terre sita loco dicto en Pral Durand juxta pratum Nycodi Soudanx a vento, terram dicti domini confitentis que fuit Stephani Laurent a borea, pascuum commune a lacu, et iter publicum a juria.

73v Item, super duabus posis terre sitis loco dicto ouz Bondex juxta pratum dicti Jacobi Terraule ab oriente, terram Petri Mayor que fuit Nycodi Cornu a juria, pratum Petri Mayor a borea, et quoddam iter seu commune a vento.

Item, super uno morsello ochie sito loco dicto in villa de Ballens juxta casale Anthonii Mayenciz a borea, et iter publicum ab oriente.

Item, super una falcata cum dimidia prati sita loco dicto en Millicard juxta pratum Jacobi Terraule ab occidente, aquam vocatam Veyron ab oriente, pratum Andree Barberii a vento, et pratum Jacobi Mayor a borea.

Item, medietatem tresdecim cuparum bone avene mensure Albone, trium gerbarum silliginis, et unius gerbe bone avene, et corvate sibi nobili confitenti per Johannem de Frigidavilla in quolibet festo Sancti Michaelis Archangeli debitum super rebus sequentibus,

Et primo, super quadam domo cum quadam curtina sita in villa de Ballens juxta domum Jacobi Terraule a borea, iter publicum a vento, et terram dicti Johannis de Frigidavilla que fuit Girardi Barberii a lacu.

Item, super quarto unius dimidie pose terre sitis prope domum et ochiam dicti Jacobi Terraux a borea, terram Petri de Frigidavilla ab occidente, domum dicti Jacobi Terraux a vento, et ochiam dicti Jacobi Terraux a lacu.

Item, super una posa terre sita loco dicto ouz Frayneyt juxta terram Michaelis Lambert que fuit Johannodi Terraux a juria, pratum ecclesie de Mollens quod fuit Michael Lambert ab oriente, et pratum eiusdem Michaelis Lambert a borea.

74 Item, super duabus falcatis prati sitis loco dicto en Masprez juxta pratum Petri de Frigidavilla a borea, pratum ecclesie de Mollens a vento, pratum Jacobi Terraule a lacu, et pratum Johannis Morellon a juria.

Item, medietatem trium gerbarum silliginis, unius gerbe bone avene, et quinque cuparum bone avene, in qua sibi nobili confitenti annuatim tenetur Johannes Aymonaz et eius uxor et Petrus de Frigidavilla in quolibet festo Beati Michaelis Archangeli super rebus inferius limitatis quas alias tenebat Claudius de Frigidavilla,

Et primo super quadam domo cum curtina sitis in villa de Ballens juxta pratum dicti Johannis Aymonaz et Petri de Frigidavilla a borea, iter publicum a vento, et ochiam Anthonii Mayenciz a parte orientis.

Item, super modico ochie sito ibidem prope juxta casale olim domum Jacobi Terraux a borea, et iter publicum a vento, quam ochiam tenet dictus Jacobus Terraux causa excambii.

Item, super dimidia posa terre sita loco dicto en laz Prelaz juxta terram Johannis de Frigidavilla a borea, terram hospitalis Morgie a parte occidentis, terram Andree Barberii a lacu, et commune a vento.

Item, super quarto unius pose terre sito loco dicto en laz Wrsy (=Vursy ?) juxta terram Johannis de Frigidavilla a borea et oriente, pratum Jaqueti Guignyet a vento, et terram hospitalis Morgie a juria quem quartum pose terre de presenti tenet Michael Lambert.

74v Item, super dimidia posa terre sita loco dicto en Long Praz juxta terram et pratum dicti Johannis Aymonaz et Petri de Frigidavilla a borea et vento, et iter publicum ab oriente.

Item magis, tenere confitetur idem dominus confitens a prefato domino comite et suis iurisdictis videlicet medietatem pro indiviso cum nobili et potenti Jacobo de Collumberio eius fratre pro alia medietate unius pecie nemoris site loco dicto ouz Seppey continentis circa viginti posas nemoris juxta nemus prelibati domini comitis Gruerie a lacu, terras Anthonii Mayenciz et Michaelis Lambert a juria, et nemus domini de Duyng a borea.

Item, tenere confitetur ipse dominus confitens ut supra a prefato domino comite et suis iurisdictis sub dicto homagio per dictum Nobilem et Potentem virum Jacobum de Collumberio fratrem prefati nobilis confitentis debito et recognito insequendo formam et tenorem quarundem recognitione acthenus per Richardum filium quondam Illustris viri Johannis Domini de Vufflens loz Chastel militem, et successive per Hugoninum Dominum de Vufflens loz Chastel filium dicti

Domini Richardi factis..., property inter aquam que *vulgariter et gallice* appellatur Boyron et aquam que appellatur Morgy a via publica que tendit a villa de Cossonay per villam de Bussy versus Albonam in super a parte juria...

76 Witnesses Nobiles Jacobus de Gingino, Ludovicus de Corberiis de Grueria castellanus de Monservens, Petrus de Cleyrier castellanus de Bouloz, Ludovicus de Sancto Germano castellanus Gruerie, Johannes et Johannes de Mont, Petrus de Lavignier, et Discretus Johannes Trippodi et Johannes Bonediei dictus Ferratier (elsewhere Johannes Bonjour ferraterius de Morgia).

76v Nobilis Johannes de Lavigny filius quondam Nyctodi de Lavignyez

19 oct 1507, de bonis alias per Nobilem Ludovicam relictam dicti Nobilis Nyctodi de Lavignier tutricem dicti Nobilis Johannis confitentis et Jacobi eius fratri recognitis, que dudum fuerunt deffuncti Nobilis Stephani de Lavignier dicti Nobilis confitentis avi paterni, et deinde dicti eius quondam patris, ex successione eiusdem res, census, redditus, et possessiones infrascriptis,

77v Et primo, quinque solidos bonorum Lausannenses monete cursalis patrie, et unum sextarum boni vini seu musti ad mensuram Albone census annui et perpetui reddictus, in quibus eidem nobili confitenti tenetur anno quolibet perpetue Mermetus Ronget de Sancto Liberio pro quodam casali domus, torcularis, curtina, et vinea contiguis sitis in territorio Sancti Liberii loco dicto en Chinalux que fuit de bonis Johannis de Porta juxta viam publicam a borea et juria, ochiam dictorum Grivel a vento, et vineam Stephani Trippodi et Johannis Grivel que fuit Nobilium Claudii et Claudii de Lavignier a lacu, que premissa tenet dictus Mermetus Ronget ut supra vigore cuiusdem albergamenti sibi Mermeto per dictum Nobilem Johannem de Lavignier facti introgio duodecim solidorum monete ut constat instrumento per Discretum Petrum Gos notarium recepto et signato 09 mar 1485.

Item, unum quarteronum boni frumenti ad mensuram Albone eidem Nobili Johanni confitenti annualiter debitum per Claudium Grivel alias Vannexiz necnon Johannem filium quondam Petri Grivel alias Vannexiz pro quadam pecia terre sita in territorio Sancti Liberii loco dicto en laz Palaz que fuit de bonis Stephani et Perreti Grivel et per prius Petri Regis juxta terram Johannis Trippodi et eius consanguyneorum que fuit Johannis Romanet a borea, ruinas a juria, terram herendum Petri Reymondi a vento, terram Nobilis Johannis de Mont que fuit illorum de Clauseo etiam a borea, et terram Petri Rivet a lacu.

78 Item, sex denarios monete eidem nobili confitenti annualiter debitos ut asserit per Franciscum Cortesy de Sancto Liberio pro una pecia terre sita en Cuetouz juxta pratum dictorum Brugnyer que fuit Johannis Reymondi ac pratum dicti Francisci Cortesy a borea, iter publicum tendens versus ecclesiam a vento, ochiam Stehpani Trippodi et Loyssie uxoris Petri Grivel filie quondam Anthonii Frochet a lacu, et quoddam iter a juria.

Item, duos denarios Lausannenses sibi nobili confitenti debitos annualiter per Johannem Trippodi saltorem et eos consanguyneos pro una pecia vinee sita in territorio Sancti Liberii loco dicto subtus Torcular alias en Chinalux juxta vineam Johannis Vionet a lacu, vineas Johannis

Grivel et Stephani Trippodi a juria et borea, et vineam dictorum Trippod a vento, et vineam Mermeti Ronget etiam a borea.

Item, unam quartanam boni frumenti dicto nobili confitenti annualiter debitam per Petrum filium quondam Claudii Rivet pro uno addosso terre sito in territorio Sancti Liberii loco dicto ouz Bugnyonzs juxta terram Johannis Grivel a presenti divisam a vento, terram Nobilis Johannis de Mont que fuit heredum Nycodi de Clauso a borea, terram Johannis Porchon a lacu, et terram Loysie uxoris Petri Grivel a juria, que addossus fuit de bonis Francisci Regis.

Item, unam aliam quartanam boni frumenti eidem nobili confitenti annualiter debitam per Johannem filium quondam Girardi Grivel pro quadam addosso terre sito ibidem ouz Bugnyons juxta terram Petri du Chaffaz et plurium aliorum a vento, terram dicti Petri Rivet a presenti divisam a borea, terram Johannis Porchon a lacu, et terram Loysie uxoris Petri Grivel a juria, que addossus terre fuit de bonis Francisci Regis predicti et quem tenet ut supra ab eodem nobilis confitenti (should be confitente) sub dicto censu vigore cuiusdam albergamenti sibi per Nobilis de Lavignyer facti ut constare asseritur publico instrumento per Discretum Petrum Gos notarium recepto.

Item, unam cupam frumenti ad mensuram predictam Albone eidem nobili confitenti annualiter debitam per Loysiam uxorem Petri Grivel filiamque quondam Anthonii Frochet pro quadam pecia terre sita loco dicto ouz Lacues alias ouz Crest que fuit Johannis Amaret et Guigone eius uxoris filie quondam Michaelis de Gradibus juxta terram Petri Vuybert a borea, terram Johannis Trippodi que fuit Stephani du Chaffa a vento, et terram dicte Loysie uxoris Petri Grivel a lacu et juria.

79 Item, duodecim denarios Lausannenses dicto nobili confitenti annualiter debitos per dictam Loysiam uxorem Petri Grivel pro quadam pecia terre et nemoris sita loco dicto en Vaulaluyt ? juxta terram seu vineam heredum Petri Trippodi a juria, nemus dictorum Grivel de Sancto Liberio a lacu, iter publicum a borea, et nemus heredum Humberti Rosset a vento.

Item, unam cupam cum dimidia frumenti communis agricolarii prenominato Nobili Johanni confitenti annualiter debitam per Bernardum Salliet de Sancto Liberio pro quadam pecia terre sita in dicto territorio Sancti Liberii loco dicto en Bionmont ? dudum Aymoneto Salliet per Nobilum Nycodum de Lavignyez albergatam juxta terram Discreti viri Johannis Trippodi notarii que fuit Johannete filie quondam Mermeti de Villard a vento, iter publicum tendens versus molendinum a borea, terram dictorum Brugnier a lacu, et terram Aymonete filie quondam Johannis Martinet a juria.

Item, tres quartanos boni frumenti et receptibilis ad mensuram Albone eidem nobili confitenti annualiter termino Sancti Michaelis per Johannem Vionet de Sancto Liberio debitos pro duabus posis terre sitis in territorio Sancti Liberii loco dicto en Bionmont juxta terram Johannis et Nycodi Brunyer a borea, terram Discreti viri Johannis Trippodi notarii et plurium aliorum a vento, terram Johannis Grivel et Petri Porchon a juria, et terram dictorum Brunyer a lacu, quas duas poses tenet dictus Johannes Vionet a dicto nobili confitente sub dicto censu vigore cuiusdam albergamenti per dictum nobilem confitentem et nobilem Jacobi de Lavigner

eius fratrem Anthonio Vionet absque aliquo introgio et pro dicto censu facto ut constat instrumento per Discretum Johannem Trippodi recepto et signato 22 may 1488.

79v Item, tres cupas frumenti mensure Albone dicto nobili confitenti annualiter debitos per Claudium Rosset de Sancto Liberio favrum et Bernardum eius nepotem pro quadam pecia terre sita in eisdem territorio et loco in Bionmont continent circa sex posas juxta terram Nobilis Petri de Syviriez necnon Johannis Grivel et Jaqueti Guignyet a lacu, terram dicti Nobilis Petri de Syviriez quam tenent Petrus Porchon, Johannes Grivel, et Jaquetus Guygniet a juria, terram Amedei Bargiz et eius uxoris a borea, et terram dictorum Porchon et Claudii Grivel a vento, quam peciam terre tenent ipsi Rosset a dicto nobili confitente sub dicto censu vigore duorum albergamentorum, uno per Guillermum filium Guilliermi de Lavignier domicellum Stephano filio quondam Francisci Tornagant predecessoris dictorum Rosset introgio duorum jornalium aratri et pro censu unius cupe cum dimidia frumenti ut constat instrumento per Petrum Bochu de Rotondomonte recepto et signato 01 feb 1401, et alio per dictos Nobiles Johannem et Jacobum de Lavignier necnon Nobilem Ludovicam relictam Nobilis Nyctodi de Lavignier eorum matrem facto absque aliquo introgio et pro censu unius cupe cum dimidia frumenti mensure Albone.

80 Item, duos denarios eidem nobili confitenti annualiter debitos per supranominatum Johannem Vionet pro uno morsello vinee sito in dicto territorio Sancti Liberii loco dicto en Chinaux seu ante Torcular juxta vineam Johannis Trippodi et eius consanguyneorum a lacu et vento, vineam Mermeti Ronget a borea, et vineam Johannis Grivel et Stephani Trippodi a juria.

Item, octavum unius sextarii vini dicte mensure sibi nobili confitenti annualiter debitum per Petrum Grangerii et Nyctodum Chinu de Lavignier pro rebus sequentibus sitis in dictis territorio et loco de Chinaux,

Primo, pro quarto unius pose vinee juxta vineam Johannis Grivel a juria, iter publicum a borea, vineam liberorum Johannodi Vionet a vento, et vineam in tactam conversam dictorum Rouliard de Pisiz a lacu, cuius quarti Petrus Grangerii tenet medietatem a parte boree, et Nyctodus Chinuz alias medietatem a parte venti.

Item, pro quarto unius alterius pose vinee sitis ibidem prope juxta vineam dictorum Roulliard a juria et lacu, iter publicum a borea, et vineam dictorum liberorum Johannii Vionet a vento, cuius quarti Petri Grangerii tenet medietatem a parte jurie et dictus Nyctodus Chinuz alias medietatem a parte lacus.

80v Item, octavum unius sextarii vini dicte mensure sibi nobili confitenti annualiter debitos per Petrum et Johannem filios quondam Stephani Mugnerii dict Roulliard de Pisir pro rebus sequentibus sitis in dictis territorio et loco de Chinaux,

Primo, pro quarto unius pose vinee deserte vel circa juxta vineam dicti Petri Grangerii seu Nyctodi Chinuz a presenti divisam a juria et lacu, iter publicum a borea, et vineam liberorum Johanneti Vionet a vento.

Item, ibidem prope pro quarto unius pose vinee deserte juxta vineam dicti Petri Grangerii seu Nycodi Chinu a juria, vineam dictorum Porchon a lacu, vineam liberorum Johanneti Vionet a vento, et iter publicum a borea.

Item, quartam partem unius sextarii vini eidem nobili confitenti annualiter debitam per Petum, Johannem, et Henricum Porchon fratres de Sancto Liberio pro una posa vinee vel circa sita ibidem en Chinaux juxta vineam desertam dictorum Mugnerii alias Rouliard a juria, terram liberorum Johannodi Vionet a lacu, pratum eorundem liberorum Johanneti Vionet a vento, et iter publicum a borea, cuius pose vinee dictus Petrus Porchon tenet tertium a juria, Henricus Porchon tertium in medio, et Johannes tertium a lacu.

81 Item, tenet ad manus suas idem nobilis confitens quandam peciam prati sitam in territorio Sancti Liberii loco dicto in Casalibus continentem circa unam seyturatam juxta pratum liberorum Francisci Biatrix a borea, terram Johannis Vionet a lacu, pratum Petri Mugnerii alias Rouliard a vento.

Item, unam cupam cum dimidia et unam quartanam boni et receptibilis frumenti ad mensuram Albone, et sex denarios Lausannenses sibi nobili confitenti annualiter debitis per Johannem et Nycodum Brugnyez de Sancto Liberio pro quadam pecia terre sita in territorio Sancti Liberii loco dicto en Bionmont continentem circa tres posas juxta terram Johannis Vionet a vento, gemperias et terram heredum Johannis Trippodi a borea, terram Nobilis Petri de Syviriez quam tenent Jaquetus Guignyet et Petris Porchon a juria, et terram dictorum Brunyer a lacu, quamquidem peciam terre tenent prenominati Brunyer a dicto nobili confitente sub dicto censu, titullo cuiusdam albergamenti Peroneto Brunyer eorundem patri per Nobiles Johannem et Jacobum de Lavignier fratres sub dicto censu et absque aliquo introgio facti ut constat instrumento per Discretum Johannem Trippodi notarium recepto et signato 22 may 1488.

Item, unam cupam boni et receptibilis frumenti ad mensuram predictam Albone sibi nobili confitenti annualiter termino festi Sancti Michaelis per Johannem filium quondam Girardi Grivel debitam, pro duabus posis terre sitis ibidem en Bionmont juxta terram Johannis Vionet a lacu, terram dictorum Rosset de Sancto Liberio a juria, terram gemperiis nobilis Petri de Siviriez a borea, et terram dictorum Porchon a vento, quas duas posas terre tenet ipse Johannis Grivel ab eodem nobili confitente sub dicto censu, titullo cuiusdam albergamenti sibi Johanni per Nobilis Johannem et Jacobum de Lavignier predictos pro dicto censu facti ut constat instrumento per dictum Johannem Trippodi notarium recepto et signato 22 may 1488.

Item, tenet ad eius manus quandam peciam prati sitam in dicto territorio Sancti Liberii loco dicto en Bionmont continentem unam seyturatam juxta pratum Nobilis Petri de Syviriez, quod fuit Jaquetus Guygniet a lacu, pratum Bernardi Salliet a juria, pratum Discreti Johannis Fonjallect quod fuit Humberti dou Chaffaz ac pratum Johannis Biatrix et plurium aliorum a borea.

Item, dimidiad posam terre sitam in Campo de Bionmont quam tenet ab eodem nobili confitente sub certo censu, Jaquetus Guygniet de Sancto Liberio juxta terram et tactam Nobilis Petri de Syviriez a vento, terram seu gemperias Bernardi Vu... ? a borea, terram dicti Jaqueti Guigniet a juria, et terram heredum Johannis Trippodi a lacu.

82 Item, circa quatuor posas terre et gemperie sitas sibi ibidem in Campo Bionmont quas de presenti tenet titullo assignacionis Petrus de Syviriez juxta terram Johannis Grivel et Johannis Vionet a vento, terram Jaqueti Guygniet a borea, terram dictorum Rosset a juria, et terram dictorum Brunyer a lacu.

Item, dimidiā cupam frumenti mensure Albone sibi nobili confitenti annualiter debitam per Johannem Trippodi sartorem de Sancto Liberio et eius consanguyneos pro dimidia posa terre sita in territorio Albone loco dicto en laz Palaz juxta terram Claudii Grivel que fuit Petri Regis a lacu, terram Loysie uxoris Petri Grivel a juria, terram nobilis Johannis de Mont junioris que fuit Nycodi de Clauso junioris a borea, que dimidia posa terre fuit de bonis Vuilliermeti Rosset alias Olmat de Sancto Liberio.

Item ulterius, tenere confitetur dictus nobilis confitens ut supra a prefato domino comite et eius jandictis insequenti formam quarundam recognicionum alias per Johannem de Lavignier domicellum filium quandam Nycolay de Lavignier domicelli deinde per Rodulphum de Lavignier factarum, videlicet omnes vineas quas colunt ab ipso sitis in territorio de Sancto Liberio et in loco dicto Chynaul.

Item, albergatmentem quod quandam fuit Petri dict Rastellet ? de Maiz ? in quantum se extendit ab aqua Albone usque ad aquam dictam dou Boyron et a lacu usque ad juriam infra.

82v Item, quicquid ipse quandam Rodulphus tenebat per se vel per alium eius nomine in villa et territorio de Sancto Liberio et que tenet ipse nobilis confitens de eisdem bonis exceptis decima de Villaret.

83v Witnesses Nobiles Ludovicus de Russino Dominus de Alamand, Bartholomeus Nycodi de Nyviduno, Ludovicus de Corberiis de Grueria, Franciscus de Syvyriez, Petrus Thomasseti, Michael Marchiandi de Albona, Octonius de Subtusturri, Discretus Johannes Trippodi notarius de Sancto Liberio.

83v Nobilis Claudius de Lavigny (a notation in the margin explains that this fief went to the Bégoz, then to Forestey, then to Valier, then to the Baron of Aubonne in 1612, and finally to LL. EE.)

09 mar 1512: Nobilis Claudius de Lavignyez filius quandam Nobilis Glaudii de Lavignyez, sub homagio nobili tam per Nobilem Johannem de Lavignier quam Nobilem Petrum de Lavignier eius fratrem debitum et recognitis de bonis acthenus per Nobiles de Lavignier recognitis, videlicet res, census, redictus, et possessiones infrascriptos,

84 Et primo, duodecim denarios monete bone cursalis eidem nobili confitenti annualiter debitos per Mennerium de Mont alias Pinjat, Petrum Prelaz, et Janam eius uxorem filiam dicti Mennerii pro quadam pecia vinee sita in territorio Sancti Liberii loco dicto ouz Murat continent circa unam posam juxta vineam liberorum Johannis de Mont a presenti divisam a juria, pratum Claudii Grivel alias Vannexiz a lacu, aquam Albone a vento, et nemus heredum Humberti Trippodi seu Stephani de Crosa a borea.

Item, duodecim denarios bone monete cursalis eidem nobili confitentis annualiter debitos per liberos Johannis de Mont de Albona pro una pecia vinee sita in eisdem loco et territorio continentii circa unam posam juxta vineam Stephani de Crosa que fuit Johannis Dysyr a juria, vineam dictorum Mennerii de Mont, Petri Prelaz, et Janne eius uxoris a lacu, aquam Albone a vento, et nemus heredum Humberti Trippodi seu dicti Stephani de Crosa a borea.

84v Item, unam quartanam boni frumenti et receptibilis ad mensuram Albone census sibi nobili confitenti annualiter debitam per Claudium Grivel alias Vannexiz et Johannem Grivel eius condivisorem pro quadam pecia terre sita in territorio Sancti Liberii loco dicto en laz Palaz continentii circa dimidiam posam juxta terram Johannis Trippodi sartoris et eius consanguyneorum que fuit Johannete et Brisete filiarum quondam Johannodi Romanet a borea, terram eruynatam heredum Peronete uxoris Nycolleti de Torculari a vento, terram Nobilis Johannis de Mont junioris que fuit heredum Petri de Clauso a lacu, et quoddam terrale seu les Rives a juria.

Item, unam cupam frumenti pulcra et receptibilis ad mensuram Albone sibi nobili confitenti annualiter debitam per Johannem Vionet de Sancto Liberio pro una posa terre sita in dicto territorio Sancti Liberii loco dicto en Arsillier juxta terram dictorum Grivel a juria et vento, quoddam iter tendens eys Vaux a lacu, et terram Aymonete filie quondam Johannis du Rosey a juria, quam posam terre alias tenebat a dictis de Lavignier sub dicto censu Michael Porchon.

85 Item, dimidiam cupam boni frumenti mensure predicte Albone sibi nobili confitenti annualiter debitam per dictum Johannem Vionet pro una posa terre sita in dicto territorio Sancti Liberii loco dicto supra loz Crest de Vaux alias de Charreres juxta pascua communia a juria, viam publicam a vento et lacu, et terram dicti Johannis Vionet que fuit Ludovici Marchiandi et Johannete eius uxoris a borea, quam posam terre alias tenebat dictus Michael Porchon sub dicto censu.

Item, unum denarium monete eidem nobili confitenti annualiter debitum per Johannem et Nycodum Brunyer eorumque nepotes pro una posa terre in pratum conversam sitam in eodem territorio Sancti Liberii loco dicto retro domum Johannis Porchon que fuit eys Champdens juxta terram Loyssie uxoris Petri Grivel que fuit Johannis Amaret a juria, terram Johannis Porchon et heredum Guigone uxoris Johannis Amaret a lacu, carriaram publicam a borea, et ruvynas a vento, quam peciam prati alias tenebat Johannis Leschon de Feschiez sub censu duarum cuparum frumenti mensure Albone predicte.

Item, dimidiam cupam frumenti communis ad mensuram Albone sibi nobili confitenti annualiter debitam pre heredes Claudi Regis de Sancto Liberio et Roletam filiam quondam Petri Regis de Sancto Liberio pro una pecia terre sita in territorio Sancti Liberii loco dicto eys Bugnyons juxta terram heredum Petri de Clauso a borea, terram Petri Porchon a vento, iter publicum tendens de Sancto Liberio versus Albonam a lacu, et terram heredum Humberti Rosset a juria.

85v Item, terciam partem fructum quos percipit idem nobilis confitens super rebus sequentibus quas ab eodem nobili confitente tenet ad tercios fructus Johannes Vionet de Sancto Liberio,

Et primo, super dimidia bona posa vinee sita in territorio Sancti Liberii loco dicto en Chinaux seu ante Torcular juxta vineam Mermeti Ronget et Johannis Trippodi a juria, vineam Johannis Grivel a lacu, iter publicum a borea, et vineam liberorum Johannodi Vionet a vento.

Item, et super alias dimidia posa vinee sita ibidem juxta vineam Johannis Grivel a juria et lacu, iter publicum a borea, et vineam liberorum Johannodi Vionet a vento.

Item, tertium partem fructum quod idem nobilis confitens percipit super rebus sequentibus sitis in territorio Sancti Liberii loco dicto en Chinaux seu in Torculari quas tenet ab eodem nobili confitente Johannes filius quondam Girardi Grivel de Sancto Liberio vigore cuiusdam albergamenti Petro et dicto quondam Girardo Grivel per Nobiles Johannem et Claudium de Lavignyez facti introgio quadraginta solidorum monete ut constat instrumento per Discretum Johannem Fonjaleti notarium recepto et signato 18 apr 1457 et per Magnificum Domum Ludovicum Comitem et Dominum Gruerie laudato et confirmato,

86 Et primo, super dimidia bona posa vinee sita juxta vineam Johannis Vionet a juria et lacu, vineam liberorum Johannodi Vionet a vento, et iter publicum a borea.

Item, ibidem circa dimidiad bonam posam vinee iter publicum a borea, vineam liberorum Johanneti Vionet predictorum a vento, vineam Johannis Vionet a juria, et vineam Petri Grangerii a lacu.

86v Actum domi Johannis Fonjaleti, presentibus ibidem Discreti Stephano Cortesy, Johanne Rolaz, Francisco Cortesy, Jacobo Ramuz ?, Mermeto Fayssani de Roveroulaz.

87 Nobilis Ludovicus de Syvyrier filius quondam Nobilis Johannis de Siviriez de Albona nomine suo necnon Nobilis Sebastiani de Syviriez eius fratris absentis

20 oct 1507 : previously by the said late Johannes son of the late noble Johannes de Syvieriez (Johannis Vuillieti notary and commissaire, No. 376 fol. 83 (this is ACV Fh 7); quernet Fonjaleti No. 441 fol. 2, de l'an 1335), de bonis que per prius fuit Jaqueti Mistralis a quo predecessores dictorum nobilium confitentis et eius fratris causam habuerunt, deinde Humberti de Syviriez domicelli abavum eorundem confitentis et eius fratris, et successive dicti quondam Nobilis Johannis de Syvyriez, ex successione dicti eorum quondam patris acque divisione inter ipsos nobilium confitentem et eius fratrem, cum nobili Francisco de Syviriez eorum fratrem (should be fratre) factis.

88 Et primo, medietatem pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syvyriez eius fratre pro alias medietate cuiusdam prati siti in prata de Trivillins juxta pratum Jaquemeti Challet et eius uxoris a vento, pratum ecclesie de Trivillins a borea, et pratum Christofori Maria et eius uxoris a juria (Grosse Favre no. 175 fol. ... ?, *en la Praz de Trevellin*).

Item, tres partes pro indiviso ut supra, cuiusdam pecie vinee sitem in Clauso ante villam de Albona juxta vineam domini Vaulangim a vento, vineam Nobilis Guilliermi Mistralis de Coctens de presenti feudo a lacu, et quandam semitam a juria (Grosse Favre no. 175 fols. ... et 142v, *au Clos*, this is ACV Fh 25).

Item, quicuid tenent et possident ipsum Nobilis confitentes et eius frater per se vel per alium eorum nominem in villa et territorio de Gimel, et specialiter res infrascriptis alias per eorum predecessorum specificatas,

Et Primo, tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syvyriez eorum fratre pro alia quarta parte, quarte partes corvetarum carrucarum de Gimel bis in anno, videlicet in Quadragesima et autumno eisdem nobilibus fratribus condivisoribus in villa de Gimel debitarunt.

88v Item, tres partes pro indiviso ut supra, quarte partis panaterie et avenirie consuete solvere in villa de Gimel extimate pro quolibet foro ad recognem cuiuslibet unius quarteroni avene et uno anno unius denarii cum obolo, et alio anno unius denarii.

Item, tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syviriez eorum fratre pro alia quarta parte nemoris eorum vocati de laz Rossiery continentis sexdecim posas nemoris juxta nemus prefati domini Comitis a lacu, terram dictorum nobilium fratum de Syviriez quam tenent Claudius Mallieti necnon **Petrus et Johannes de Gebennis alias Billiard** a juria, terram Johannis filii quondam Claudi Bolleys a vento, et terram heredum Francisci Huguetaz a borea.

Item, tres partes pro indiviso ut supra nemoris eorum de Champ Nentier ? continentis circa decem posas nemoris juxta carreriam publicam tendentem de Rivaz eiz Jouz a vento, terram in parte in nemus conversam quam possidet Johannes Malliez a dictis Nobilibus de Syviriez fratribus a lacu, nemus olim pratum Johannis Cristim quod etiam tenet a dictis Nobilibus de Syviriez a juria, et nemus communiter vocatum deys Exert a borea.

Item, eys Publoz, unam falcatam prati juxta pratum Ludovici et Georgii Benedicti et Jacobi filii quondam Johannis Geneveys quod fuit Anthonii de Rosey a borea, pratum Petri Mugnerii alias Rolliard de Pisyr quod fuit Johannis Cristim a vento et lacu, et viam publicam a juria.

89 Item, en Lespinaz unam falcatam prati juxta pratum Nobilis Peronete relicita Claudi de Porta filie quondam Guillermi Marchiandi a juria, pratum Ludovici et Georgii Benedicti quod dudum fuit eys Richonet a vento, nemus de Mongerel a lacu, et pratum Nycolleti douz Bugnyon a borea.

Item, ouz Ponier ? (margin : Au Pommier) dimidiam falcatam prati juxta pratum dictorum Ludovici et Georgii Benedicti quod dudum fuit Guillermi de Gimel a lacu, pratum eorundem Ludovici et Georgii Benedicti quod fuit Petri Prunet a vento, pratum eorundem Ludovici et Georgii Benedicti quod dudum fuit Perrodi de Rosey a borea, pratum dictorum Ludovici et Georgii Benedicti et dictorum Filliectaz quod dudum fuit Henrici douz Franoz a juria.

Item, eys Gouz (margin : Es Gaux) circa dimidiam falcatam prati juxta pratum **Petri et Johannes de Gebennis fratrem Billiard** a presenti divisum a vento, pratum Nobilis Peronete filieque quondam Guillermi Marchiandi a borea, rivum deys Planchectis a juria, et pratum Guillermi Champion a lacu.

Item, reachetum perpetum que ipsi Nobilis confitens et eius frater habent in dimidiam falcata prati sita en laz Sougy juxta pratum Nycolleti douz Bugnyouz quod fuit Johannis de Marterey et per prius Johannodi Lovat a vento, rivum aque des Planchectis a lacu, et pratum confratrie de Gimel quod dudum fuit Perrodi Pallieux a juria, et pratum dictorum **Petri et Johannis de Gebennis alias Rolliard (should be Billiard !)** quod dudum fuit Guilliermi de Gimel a borea, quamquidem dimidiam falcata prati tenent dicti **Petrus et Johannes de Gebennis** a dictis nobilibus fratribus de Syviriez nomine gagerie pro viginti florenis parviponderis ut asseritur.

89v Item, en Perrevuyt circa tres partes unius falcate prati juxta pratum dictorum Filliectaz a borea, pratum Ludovici de Bonavilla quod dudum fuit eys Rendu a vento, terram olim pratum Nycolleti Champion a lacu, et pratum dicti Nobilis Francisci de Syvyriez eorum fratris a presenti divisum a juria.

Item, eys Grand Clusel tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syvyriez eorum fratre pro alias quarta parte duarum falcatarum prati juxta pascuam commune a juria, viam publicam a borea, pratum Petri Vacherand et Claudii Humbert alias de Prio et eorum uxorum a vento, iter publicum tendens per villam de Gimel a lacu.

Item, en laz Buchilliz tres partes pro indiviso ut supra unius pose terre juxta nemus de laz Buchilliz a lacu, terram heredum Claudii Joffrey et Johannis Malliez que dudum fuit Percivalli Rendu a juria.

Item, tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Sivyriez eorum fratre pro alia quarte parte, unius pecie terre site in via Molendini juxta terram Nycolleti douz Bugnyouz que fuit heredum Johannis et Anthonii de Rosey a juria, et vias publicas a lacu, vento, et borea.

90 Item, tres partes pro indiviso ut supra duorum quarteronorum frumenti boni communis ad modum agricolarum ad mensuram Albone et unius quarteroni avene bone et receptibilis ad predictam mensuram eisdem nobilibus condivisoribus annus singulis in quolibet festo beati Michaelis debitum per **Claudium Malliez dicti loci de Gimel alias Jannet dictum Gognyer**, pro una pecia terre sita in dicto territorio de Gimel loco dicto retro domum dictorum Joffrey continentis circa tres posas juxta terram Ludovici de Bonavilla que fuit Johannis Mariglerii et per prius heredum Reymondi Gotier a juria, viam publicam a vento, terram Johannis Filliectaz et eius nepotum a lacu et borea, quamquidem peciam terre tenet ipse Claudius Malliez ab eisdem nobilibus condivisoribus ex abbergamento Johanni Malliez quondam facto per dictum Nobilem Franciscum de Syviriez suo ac Nobilium Michaelis, Ludovici, et Sebastiani fratrū suorum nominibus recipiens introgio quatuor florenis cum dimidio parviponderis et pro censu prescripto ut constat instrumento per Discretum Jacobum de Fogia notarium recepto sub anno domini millesimo quatercentesimo nonagesimo secundo et die vigesima octava mensis marci (28 mar 1492).

90v Item, tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syvyriez eorum fratre pro alias quarta parte duorum quarteronorum boni frumenti communis ad mensuram Albone et unius quarteroni avene eiusdem mesure eisdem nobilibus condivisoribus annus singulis perpetue in quolibet festo beati Michaelis debitum per Petrum filium Nycolleti douz Buguyon pro

et super tribus posis terre sitis ouz Croset, quas tenet ipse Petrus douz Buguyon ex abbergamento sibi per dictum Nobilem Franciscum de Syvyriez suo et dictorum Michaelis, Ludovici, et Sebastiani fratrum suorum nominibus facto, ut constat instrumento per Discretum virum Jacobum de Fogiz notarium recepto sub anno domini millesimo quatercentesimo nonagesimo secundo et die vicesima octava mensis marci (28 mar 1492) decenter laudato et confirmato juxta terram Petri Vacherandi et eius uxoris a lacu, viam publicam a vento, terram Nycolleti douz Bugnyon quam tenet a dictis Nobilibus de Syvyriez a juria, et terram Ludovici de Bonavilla que fuit Johannis Antallaz a borea.

Item, tres partes pro indiviso ut supra duodecim denariorum bone monete cursalis seu unus bone galline eisdem Nobilibus de Syvyriez fratribus condivisoribus annualiter termino festi Beati Michaelis debitibus per **Petrum et Johannem de Gebennis alias Billiard** dicti loci de Gimel pro et super una ochia sita in villa de Gimel juxta domum Ludovici filii quondam Colleti Bolley et Claudii du Mex a juria et borea, viam publicam a vento, et ochiam dicti Ludovici Bolleys que dudum fuit heredum Petri Andree a lacu, quam quidem ochiam tenent **dicti fratres de Gebennis alias Billiard** ex abbergamento **Ludovico de Gebennis eorum quondam patri** facto per Nobilis Petrum de Syvyriet et Johannem de Syviriez fratribus ut constat instrumento per discretum Michaelem Bassim notarium recepto et signato sub anno domini millesimo quatercentesimo octuagesimo septimo et die decima octava mensis octobris decenter laudato et confirmato (18 oct 1487). (See Fh 25, fol. 148v for this property, by 1577 divided into two parts. Fh 25 is the “Grosse Favre no. 175”.)

91 Item, tres partes pro indiviso cum dicto Nobili Francisco de Syvyriez eorum fratre pro alia quarta parte, sex solidorum bone monete cursalis, prime ? unius cupe boni frumenti communic agricolarum, et unius capponis eiusdem nobilibus fratribus condivisoribus annualiter debitibus per Ludovicum filium quondam Colleti Bolley et liberos seu heredes Claudii Bolleys pro et super rebus sequentibus, quas tenent ipsi Bolleys a dictis nobilibus condivisoribus ex successione dictorum suorum patrum sub dicto censu,

Et Primo pro quodam cursu casalis cum grangia domus sitam apud Gimel juxta domum dictorum liberorum Claudii Bolley a borea, ocheam eorundem liberorum Claudii Bolleys a vento, carreriam publicam a lacu, et pratum dictorum liberorum Claudii Bolleys quod dudum fuit eys Champion a juria, quam cursum cum grangia tenent dicti liberi Claudii Bolley.

